

haber otra tal pena como si fiesse fuerca con armas, por que muy fuertes armas han para fazer mal aquellos que tienen voz del Rey: quando quisieren usar mal del lugar que tienen. Cui consonat illud Ecclesiast. cap. 12. Judicium; in quo aliquis condemnatus injuste, simile est violentie latronum; idem docet D. Thom. 2. 2. quaest. 69. art. 4. ibi, Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapiantes praedam ad effundem sanguinem; & ideo sicut licet resistere latronibus, ita licet resistere in tali casum aliis Principibus. Et facit quod habetur Psal. 103. n. 22. & melius illud David Psal. 70. ibi; Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, ut salvum me facias, quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris contra legem agentis, & iniqui, &c. Igitur cum judices tot intolerabiles violentias, & oppressiones suae majoritatis, & jurisdictionis occasione committant; justissime multo fortius poterit Rex illis resistere, & oppressis naturalem defensionem praestare, cujus proprium officium est, & facit l. 2. vers. item aut. ibi, Spectat autem ad nos injuria, quae eis fit, qui vel potestati nostrae vel affectui subjecti sunt, &c. quibus applica, quae haecenus dicta sunt, cum vera vis sit.

## P R A E L U D I U M V.

## S U M M A R I U M.

- 193 In cognit. violentie omnium concursus sententia est, ut extrajudicialiter, & sine cognitione judiciali celeriter, & sine jurisdictione proceditur, a nemine tamen comprobatur.
- 194 Dicta Doctorum in hac causa cognitione extrajudiciali referuntur.
- Senatus Regius non se intromittit de his oppressionibus jurisdictionaliter, & in modo ordinaria jurisdictionis, nec ut causam definiat, quae ad se non pertinet, sed per modum extraordinariae cognitionis, ut vim repellat, & appellationi juste deferatur, ibid.
- 195 Sola cognitio contentiosa in his prohibita est seculari, non vero extrajudicialis, quae secularis potestas contra violentiam judicum Ecclesiasticorum providet, non jurisdictionem impedit, &c.
- 196 Constito de violentia summarie nulla facta citatione per facti notorium, non per cognitionalem indaginem, mandatur eum moderamine inculpatae tutelae Ecclesiastico, ut vis tollatur.
- 197 Hac cognitio debet esse extrajudicialis absque eo, quod Senatus se intromittat in meritis cause principalis, sed per viam extrajudicialis protectionis.
- 198 Senatus in hac cognitione violentie nec directe, nec indirecte jurisdictionem habet, principaliter nec accessorie.
- 199 Senatus non cognoscit tanquam judex appellationis, nec habet jurisdictionem de meritis appellationis, & ejus justitia.
- 200 Senatus Regius pronuntiat per modum cause, scilicet, judicem Ecclesiasticum fecisse, vel non fecisse vim in non deferendo appellationi; non vero juste, vel injuste processisse.
- 201 Gloss. in cap. dilecto, de sent. excomm. lib. 6. in probationem predictorum expenduntur.
- 202 Hujusmodi recursus nec ratione forme, nec ratione materie jurisdictionem desiderat.
- 203 Vis protectiva in ordine ad tutelam, & defensionem abstrahitur, & consideratur de per se extra jurisdictionem.
- 204 Tutor est privata persona, & ei pupillus non subest quoad jurisdictionem, sed quoad tutelam, & defensionem, & protectionem.
- Princeps supremus dicitur tutor vassalorum quoad protectionem, remissive, ibid.

- 205 Principus Christianis commendata est a Deo, Sede Apostolica, & Romanis Pontificibus protectio Clericorum, & Ecclesiarum.
- 206 Commendata protectione per Summum Pontificem, aut alium Principem circa aliquid, non videtur in eo concessa jurisdictione, sed solum defensio ab oppressoribus.
- 207 Nec recommendatus dicitur exemptus a jurisdictione suorum judicum nec subesse jurisdictioni protectoris.
- 208 C. ex parte de privileg. declaratur, ibid. ad causam violentia extrajudicialem ponderatur ab Authore, ubi c. accepimus, eodem tit. expenditur.
- 209 Principes, quibus clericorum & Ecclesiarum defensio, protectio committitur, ultra defensionis legitimos modos ad jurisdictionem Ecclesiasticam non progrediuntur, ne pœnis, & censuris Bullae in Cena Domini involvantur.
- 210 Principes Christiani ipso jure sunt protectores Ecclesiae, etsi specialiter a Pontifice illis tribuatur protectio aliquis specialis loci, vel hospitalis, nec acquirunt jurisdictionem, nec ex tali protectione possunt inducere, aut probare superioritatem in tali Hospitali, vel loco, & ejus bonis.
- 211 Deferre vel non deferre appellationem, vel abstinere a receptione appellationis, vel deferri, est quid facti absque adminiculo jurisdictionis.
- 212 Judex ad quem, non a quo, habet jurisdictionem pronuntiandi super legitimitate appellationis.
- 211 Judex debet ad sui solam instructionem cognoscere de qualitate appellationis, non vero quoad partes pronuntiare, cum sit jurisdictionale, & ipse judex a quo jurisdictione careat.
- 214 Senatus aditus per viam violentie, ut appellatio deferatur, & innovata reponatur; solum quoad sui instructionem cognoscit de qualitate appellationis, quod est facti. ut supra.
- 215 Quando informatio assumitur ad solam instructionem, & informationem Curiae, cognitio, & processus est omnino extrajudicialis.
- 216 Senatus non defert appellationi negatae a judice Ecclesiastico sed eum provocat, & incitat, ut deferat, quod est minus facti.
- 217 Sacularis judex de facto etiam rei spiritualis incidenter cognoscit, ut in observatione juramenti, & in possessorio rei spiritualis, ibid.
- 218 Judex inordinate procedens, & contra jus exequens suam sententiam dicitur privata persona, & ut privatus, & sine jurisdictione procedit.
- 219 Judex de facto procedens, de facto, & sine jurisdictione procedere, & reponere debet.
- 220 & 221. Recursus violentia a Rota approbatus est.
- 222 Trid. sess. 25. cap. 3. declaratur.
- 223 Clausulis sub generalibus Reges, & eorum Regia tribunalia non comprehenduntur.
- 224 Salced. & Rodrig. in declaratione Trid. loci referuntur.
- 225 Trid. locus in d. c. 3. sess. 25. noviter declaratur.
- 226 Trid. Consilium in multis disposuit idem, quod jure communi erat dispositum.
- 227 Confirmatoria lex recipit eandem limitationem, quam confirmationem.
- 228 Lex loquens cum aliqua qualitate, ad sui intellectum trahit omnes alias, quae in illo proposito simpliciter & generaliter loquuntur.
- 229 Trid. d. c. 3. sess. 25. si voluisset impedire cognitionem per viam violentie, id expressisset, ut intelligeretur.
- 230 Ceval. in Tridentini loci interpretatione reprehenditur.
- 231 Tridentini decretum in d. c. 3. sess. 25. non comprehendit recursus violentie ex communi Doctorum.
- 232 Bulla in Cena Domini cap. 13. 14. 15. & 16. declaratur.
- 233 Impedientes de facto & contrajuris dispositionem, jurisdictionem

- ditionem judicum Ecclesiasticum dumtaxat, incurrunt in Bulla in Cena Domini & ejus censuras.
- 234 Praesumere, verbum, p. sum in lege, praesupponit dolum, idem de verbo audere, ibidem.
- 235 Recursus ad Regem, & ejus tribunalia per viam violentie virtualiter approbatus in Bulla in Cena Domini, refertur.
- 236 Recursus per viam violentie tanquam defensio naturalis inductus est ad dirigendos judices Ecclesiasticos, ut legitime jurisdictione Ecclesiastica secundum canones utantur, non vim facientes exequendo sententiam, & non deferendo legitimis appellationibus.
- 237 Ecclesiastici judices incurrunt in Bullam Cena Domini vim facientes & contra praeccepta canonica procedentes ad executionem sententiae non obstantibus legitimis appellationibus.
- 238 Minister est Ecclesiae supremus Princeps, qui occasione recursus violentie injuriam tollit, & oppressos defendit.
- 239 Princeps temporalis summo honore prosequitur Ecclesiasticum judicem appellationis cum trailet, ut ejus jurisdictioni violentiam non patitur.
- 240 Cognitio violentie non reputatur damnosa libertati Ecclesiastica, sed in totum favorabilis.
- 241 Violentia cognitio vergit in magnam utilitatem libertatis Ecclesiasticae, ejusque respicit favorem.
- 242 Princeps secularis per cognitionem violentie interponit suum auxilium judici Ecclesiastico superiori contra inferiores usurpantes ejus jurisdictionem: in non devolvendi justis appellationibus.
- 243 Potestas secularis solum tollit violentias per modum extrajudicialis & Christianae defensionis, non judiciabilis, ideo nec incurrit censuras, nec adversatur sacris Canonibus.
- 244 Regalis potestas in tollenda violentia non se intromittit ut judex, & cum jurisdictione: sed ut Canonum & legis minister.
- 245 Principes saeculares nec ejus consiliiarii nullus judex Ecclesiasticus, nec Summus Pontifex ut excommunicatos habet per Bullam Cena Domini.
- 246 Doctores utriusque juris & sacrae Theologiae referuntur remissive defensores hujus cognitionis violentie tot per saecula usitata ab omnibus Christianae religionis Principibus.
- 247 Principes & Senatores si Summus Pontifex haberet excommunicatos, ut pastor exhortaretur, & aliquando moneret, ut desisterent ab excommunicatione & censuris, imò in contrarium sua voluntate declaravit.
- 248 Recursus Regium per viam violentie, nec Principes temporales comprehendit in censuris Bullae in Cena Domini testantur plurimi Theologi & Jurista.
- 249 Regium recursus ad tollendum an possit expediri excommunicatio remissive.
- 250 Manuel. Rodrig. verba recensentur in interpretatione Bullae in Cena Domini.
- 251 Principes saeculares in multis casibus habent potestatem super Ecclesiasticos.
- 252 Ecclesiasticos non recurri ad Principes saeculares, cum in jure dicitur intelligendum est, ubi non patitur violentiam secus oppressi.
- 253 Recursus per viam violentie etiam si pateretur aliquod juris dubium stante communi Doctorum receptissima, & usitata sententia, sine scrupulo usitandus est etiam stante alia communi in contrarium, cum recursum faveat consuetudo.
- 254 Respondetur ad decisionem Rotae declarantis recurrentem ad Principem incidere in censuras & seqq.
- 255 Ceval. responsio ad Rota decisionem refertur.
- 256 Ceval. responsio ad d. Rota decisionem reprobat.
- 257 Sese responsio ad Rota decisionem approbat.
- 258 Rota Auditores aliter consensere de recursum ad justitiam Aragonum, quam praxis in rei veritate se habet.
- 259 Responsio vera ad Rota decisionem assignatur.
- 260 Rota Domini non habent excommunicatos recurrentes ad Regem pro tollendo violentia, sed ubi cum jurisdictione saeculares procedere intelligunt.
- 261 Recursus ad judices laicos ad nudam defensionem suae possessionis Rota semper approbavit.
- 262 Rota non intendit tollere recursus ad judices saeculares pro defensione naturali, sed ubi praesumit tolli cum causa cognitione & jurisdictionaliter.
- 263 Cognitio per viam violentie ad illam extrajudicialiter tollendam est inducta, non ad cognoscendum de causa meritis, ut ne violenter aliquid fiat donec Summus Pontifex de remedio provideat.
- 264 Recurrentem ad Principes pro tollenda violentia supponente Rota procedi jurisdictionaliter, nihil mirum, ut declarat excommunicatum falso fundamento existente.
- 265 Casus quamplurimi sunt in jure, quibus clerici subficiuntur jurisdictioni saeculari absque excommunicatione; atque immunitatis violatione.
- 266 Rota decisio oppugnans recursus regium adducitur, cui satisfiit, ut loquatur quando in tollenda violentia proceditur cum jurisdictione.
- 267 & 268 Recursus per viam appellationis ad Regem justissime damnatur Rota, & eo uentem excommunicatum declarat.
- 269 Recursus ad Regem per viam appellationis si aliquis uteretur, statim Senatores remitterent causam judici Ecclesiastico absque violentia cognitione.
- 270 Rota decisiones relate in casu varie fuit declaratum, quandoque incurrisse recurrentem, quandoque non incurrisse.
- 271 Rota decisiones relate, casu negato, quod reproberint recursus ad regem, eis standum non erit, cum in contrarium plures numero sint illum approbantes, cui faveat consuetudo, & Doctorum caterva.
- 272 Rota in eligenda opinione magna est auctoritas, communem facit.
- 273 Rotam rotare & diversimode aliquando judicare qui dixerint.
- 274 Rota tantum esse deferendum, quantum ratio ipsa urget.
- 275 Rota decisio jus non facit, nec ad causarum determinationem est necessaria.
- 276 Recurrentem ad Regem non ideo, quod Rota reproberet in aliquo casu, eo quod mutato ordine, & illicitè fuisset aliquis usus, non erit ad licitos arguendum.
- 277 Rota decisio adducitur, quae reprobat recursus ad Regem judicialiter procedentem.
- An minus brevi termino appellationi non deferentem vim fieri declarat Senatus, ibid.
- 278 Judices laici non possunt inhibere Ecclesiasticis, cum in eos nullam habeant jurisdictionem.
- Judices laici non possunt praetextu violentie judicibus Ecclesiasticis inhibere, ibid.
- 279 Recursus ad Regem praesumi factum ad ejus instanciam, qui habet interesse in causa n. 283. & 285.
- 280 Procurator an possit recurrere ad Regem pro tollenda violentia virtute mandati generalis ad illam causam, quae est clausula ut queat adire Cancellarias, &c. pro postulandis quibusvis provisionibus. Absolutio generalis non suffragatur violatoribus Ecclesiasticae libertatis, ibid.
- 281 Recursus ad Regem pro defendenda propria possessione Rota non damnat.
- 282 Recursus ad Regem nunquam permittit Rota tanquam ad judicem, ad effectum obrinendi inhibitiones, sed tanquam privatum & potentem.
- 283 Rota decisio refertur, quae recurrentes ad judices saeculares excommunicatos declarat, cui respondetur.
- Rota decisio alia quae de recursum ad Regem loquitur refertur, ibid.
- 284 Recursus ad Regem, & sententia reprobationis judicis Ecclesiastici prostant attentam coram superiore.



- 285 Rota decisio refertur de recurſu ad Regē disponens.
- 286 Rota decisio refertur loquens de recurſu ad ſeculares.
- 288 Rota decisio refertur disponens in recurſu ad ſeculares.
- Reſpondetur ad præſatas Rota deciſiones, ut tunc prohibeant recurſum, quando ſupponunt tolli violentiam cū iuriſdictione; non tamen extrajudicialiter, ibid.
- 289 Rota decisio refertur, qua dicitur, licitum eſſe patronis laicis recurrere ad laicos pro tollenda vi, quod nos retention de Bullas vocamus.
- 290 Martinus V. declaravit, ſe non intelligere, excommunicare clericos recurrentes ad Regem in caſibus illi ſpectantibus tam de jure, quam de conſuetudine immemoriali.
- 291 Martini Bulla refertur ad literam pro omnimoda ſatiſfactione cognitionis per viam violentie.
- 292 Violentias tollendi in beneficiorum poſſeſſione eximmemoriali conſuetudine, aut jure, competens Regi approbat Summus Pontifex.
- 293 Bulla Martini, licet fuerit emanata ad instantiam Regis Francorum, tamen ejus determinatio univerſalis eſt ad omnes Principes ſupremos conſuetudinem immemorialem habentes cognoscendi in certis caſibus de perſonis Eccleſiaſticis.
- 294 Conſuetudines rationabiles & immemorales tollendi violentiam non præſumitur, Pontificem velle tollere.
- 295 Reges in ordine ad ſpiritualia ſubſunt Summo Pontifici, qui etiam temporalem iuriſdictionem habet in ordine ad ſpiritualia.
- 296 Princeps cum uni præſidi reſcribit, omnibus præſidibus ſcripſiſſe intelligitur.
- 297 Legis ratio generalis licet uni præſidi directa, ad omnes extenditur.
- 298 Violentiam tollere ex immemoriali Principibus permittitur, dummodo non fiat in contemptum iuriſdictionis Eccleſiaſticae.
- 299 Reſpondetur ad quartum argumentum ſuprà poſitum, n. 23. contra recurſum regium.
- 300 Conſuetudo immemorialis, que comprobatur recurſus ad Regem; non habet injuſtum principium, ſed fundatur in jure naturali, divino & poſitivo.
- 301 Jura prohibentia laicis ne de clericis cognoscant, loquuntur de cognitione judiciali, non extrajudiciali.
- 302 Reſpondetur ad quintum argumentum appoſitum ſuprà, n. 35.
- 303 Exemptionem clericorum à iuriſdictione temporali eſſe de jure divino quam nec Summus Pontifex poteſt tollere in totum.
- 304 Exemptionem in caſu limitato non habere locum, poteſt inducere conſuetudo.
- 305 Jura loquentia de tollenda conſuetudine, in cognitione clericorum per laicos introducta, loquuntur de cognitione judiciali, & de præſcribenda iuriſdictione.
- 306 Conſuetudo tollendi violentias inter perſonas Eccleſiaſticas libertati Eccleſiaſtica eſt favorabilis, & utilis.
- 307 Reſpondetur ad ſeptimum argumentum, de quo n. 39. pro contraria parte adductum.
- 308 Conſuetudo mixta clericorum, & laicorum magnam vim habet etiam in negotiis Eccleſiaſticis.
- 309 Reſpondetur ad octavum argumentum, n. 38. pro contraria parte adductum.
- Bulla in Cæna Domini illis verbis (aut prætextu cuiuſvis conſuetudinis, ſeu privilegii) interpretatur, ibid.
- 310 Cognitio & protectio naturalis vaſſallorum vi oppreſſorum non cõpetit ſupremis Principibus privilegio Pontificali ſed juris naturalis inſtinctu, & ratione.
- 311 Cognitio per viam violentie, & deſenſio naturalis, eſt attributum inherens regimini, à quo avelli non poteſt niſi ſimul cum ipſo regimine.
- 312 Deſenſio naturalis, & extrajudicialis cognitio ſem-

- per reſervata cenſetur in omnibus privilegiorum revocationibus.
- 313 Cognitio per viam violentie an revocari poſſit per Pontificem caſu, quo ex privilegio Principe cõpeteret duntaxat.
- 314 Bulla in Cæna Domini quando loqueretur in Regia protectione, non intelligeretur ſublata conſuetudo immemorialis.
- 315 Bulla in Cæna quo anno incipit.
- Et per quos Pontifices fuerit ampliata, & confirmata, ibidem.
- 316 Clauſula (ſub prætextu violentie) incipit à Bulla Adriani VI. anno. 1523.
- 317 L. Regni. 36. tit. 15. lib. 2. recopil. fuit condita anno 1524. qua Reges Catholici affirmant habere jus cognoscendi inter Eccleſiaſticos per viam violentie ex immemoriali retro.
- 318 Immemorialis ſupponit tempus inſinitum.
- 319 Interrupcio & prohibitio non excludit immemoriale.
- 320 Conſuetudo immemorialis cognoscendi per viam violentie formata erat ante promulgationē Bulla in Cæna.
- 321 Bulla in Cæna reſpectu tollenda violentie (caſu quo de ea loqueretur non fuit recepta in omnibus Chriſtiana religionis ditionibus) uſitata ſemper cognitione hæc.
- 322 Lex uſu populi non recepta, ſed contrariis actibus rejecta, nec obligat, nec adſtringit.
- 323 C. fin. de cõſuetudine non cõprehendit tribunal, qua ante ejus promulgationē cõtraria conſuetudo vigeat.
- 324 Recurſus ſui regio, & deſenſioni naturali contraria omnia procedunt in iudice ſeculari volente judicialiter cognoscere: non tamen in Principe protegente ſubditos vi oppreſſos.
- 325 Doctores Regie cognitionis per viam violentie terminos conſuſtendentes, & abutentes conteruntur.
- 326 Doctores quandoque nonnulli hanc cognitionem extrajudicialem vocant iuriſdictionem. nonnulli quodque Principem habere præſcriptam iuriſdictionem contra Eccleſiaſticos cognoscendi per viam violentie; qui reprehenduntur ab Authore.
- 327 Azorius qui ex proprio Marte inſurgit adverſus hanc regiam protectionem reprobat.
- 328 Azorius fundavit ſuam opinionem in falſo ſuppoſito & fundamento, nempe Regem in hac protectione vi oppreſſorum procedere cum iuriſdictione.
- 329 Proſper. Farin. reprobat.
- 330 A Cevallos cavendum utente loquendi modo ſcilicet: appellatur per viam violentie.
- 331 Appellare per viam violentie, duo ſunt repugnantia, ſi enim appellare; quando per viam violentie? ſi per viam violentie: quomodo appellare?
- 332 Cevallos aſſertio anim advertitur laſſi.
- 333 Judicialiter cognoscere. nihil aliud eſt, quam ſervatis iudicii ſubſtantialibus procedere.
- 334 Judicialiter & extrajudicialiter ſunt contraria, unum affirmans, aliud negans.
- 335 Cevallos animadvertitur, dum hanc protectionem extrajudicialem extraordinaria ſimpliciter vocat.
- 336 Cevallos reprehenditur, dum aſſertionem Gregorij Lopez & aliorum reprobat.
- 337 Lex regia fundat cognitionem per viam violentie in jure, & conſuetudine ſuis omnibus requiſitis vallata, & acquiſita.
- 338 Conſuetudo in iuribus incorporalibus requirit præciſe ſcientiam & patientia ejus, contra quem introducitur; alia non habet principium unde cauſari poſſit.
- 339 Patientia & tolerantia in iuribus incorporalibus idem operatur, quod poſſeſſio in rebus corporalibus.
- 340 & 341 Cevallos idem quod modo reprobat in Gregorio Lopez, pluribus in locis fuit ſequutus.
- 342 Cevallos reprehenditur, dum reprobat opinionem Dominici Bannez.

Qui

- 343 Qui proprio ore convincitur.
- 344 Doctores tractantes de recurſu per viam violentie ſerè omnes de fama privilegii teſtantur.
- 345 Sixtus IV. fuiſſe conſultum ſuper hac violentie cognitione iſtante D. Fran. Gimeno Archiep. Tolet. eamque approbaſſe, qui aſſerunt.
- 346 Recurſum Regium ſi alieno privilegio juſtificamus, cur non melius cum fama proprii?
- 347 Cognitionem per viam violentie conſuetudine & jure vallatam, non erit inconveniens privilegio expreſſo confirmatam habere.
- 348 Poſſidere quis poteſt ex pluribus cauſis, & ex utiliori jurari.
- 349 Privilegium Sedis Apoſtolice emanatum in confirmatione cognitionis per viam violentie, eſt poſtea revocetur nihil Regis detrahit juri.
- 350 Jura duo ubi competunt, uno ſublato actus alio ſuſtinetur.
- 351 Jura plura in uno concurrentia uno ſublato, cetera cum eo non conſunduntur.
- 352 Condemnatus ex una cauſa; poteſt ex alia iudicium movere ſuper eadem re.
- 353 Cognitio per viam violentie non ſolum fundatur in privilegio præſumpto ex immemoriali, ſed ex jure regali proveniente à radice, & fonte juris naturalis.
- 354 Privilegium conſeſſum à Sede Apoſtolica in comprobationem Regii recurſus an poſſit ab eadem Sede revocari.
- 355 Privilegium conſeſſum in favorem Eccleſie, revocari à Principe non poteſt.
- 356 Privilegium conſeſſum à Pontifice licet revocetur, remanet Regi deſenſio vaſſalorum, & cognitio per viam violentie extrajudicialis, cujus proprium officium eſt incommutabile.
- 357 Princeps licet ſit Dominus univerſalis quoad protectionem, & iuriſdictionem, non tamen quoad dominium particularium quod tollere nequit.
- 358 Privilegium conſeſſum non ſubdito revocari non poteſt.
- 359 Gregorij Sarruy aſſertio probatur.
- 360 Ad deſenſionem ſui licitum eſt, omnibus modis uti cum moderamine inculpate tutelæ.
- 361 Deſenſionibus pluribus uti nemo prohibetur.
- 362 Deſenſio non eſt de genere prohibitorum, & una via electa, altera tollatur.
- 363 Textus optimus in cap. dilecto de ſentent. excomm. l. 6. refertur.
- 364 Theorica hujus recurſus per viam violentie, qua hoc capite dicta ſunt nota, quia à nemine ita conſiderata & ordinata hæcenus fuit, plurimæ eſſentialiſſimæ rationes, doctrinaque inſinita pene ſunt noviter adducta.
- 365 Authoris proteſtatio.

Pro cujus declaratione quid in hoc dixerunt Doctores præmittendum eſt, & in primis Olivan. in tractatu de jure ſiſci, cap. 11. n. 50. poſt Covarr. & Afflic. & c. 14. num. 1000. cum ſequentibus, quod Regius Senatus non ſe intromittit de his oppreſſionibus iuriſdictionaliter, & in modo ordinariæ iuriſdictionis, nec ut cauſam definiat, quæ ad ſe fortè non pertinet, ſed per modum extraordinariæ deſenſionis, ut vim repellat, propulſet, & oppreſſum ſublevert, & eccleſiaſticum quodammodo reducat ad viam juſtitie & tramitis legitimis, deſeratque appellationi juſta: ita Olivan. n. 54. ubi alios allegat, eumque referens ſequitur Sefe de inhibito. cap. 8. §. 195 ſub n. 70. per quem dicit ulterius, quod ſola cognitio contentioſa de iis prohibita eſt ſeculari, non verò charitativa, & extrajudicialis, nam hæc ſecularis poteſtas, cautio, & proviſio contra violentiam, & oppreſſionem iudicum Eccleſiaſticorum, non iuriſdictionem impedit Eccleſiaſticam, non uſurpat, nihil de cauſa deſinit, non cognoscit, ſed pro quiete ſubditorum, pro tranquillo ſtatu provinciæ, pro æquitate retinenda, pro injuriis, & oppreſſionibus reprimendis interponitur, & cum ſumma reverentia Eccleſiæ debita, cum maturitate, & monitione permiſſa, & magis monendo quam corrigendo exercetur, ut per eundem Olivanum n. 56. quem ſequitur Sefe ibi. & epistol. ad Regem, n. 22. & 73. poſt Bøbadil. & Lucam de Penna in l. ſi coloris, colum. 11. C. de agricol. & cenſit. ubi hæc elegantiffima verba ſcribit: Nulla alia proinde citatione facta, conſtitit de violentia ſummarie per facti notorium non per cognitionalem indagine, mandatur per iudicem ſecularem aſſiſti laico, vel clerico, &c. cum moderamine inculpate tutelæ, &c. Idem etiam reperit Sefe in d. epistol. n. 54. 197 & 65. ubi optime loquitur, quod hæc cognitio debet eſſe extrajudicialis abſque eo, quod poſſit Senatus intromittere in terminis cauſæ principalis, ſed per viam protectionis extrajudicialis, & economicæ poteſtatis, ubi allegat Menoch. & Pacia. conſ. 164. n. 38. & quod Senatus in hujusmodi protectione per viam violentie non procedat authoritate judiciali, quia ad id nec habet, nec eſt neceſſe, tenet Born. de Laureac. de caſibus in quibus iudex ſecularis injicit manus in perſonas clericorum n. 2. Anſre. de poteſtate judiciali ſuper clericos, reg. 2. Carol. de Graſſis l. 2. regal. Franc. c. 26. in ſin. Olivanus de jur. ſiſci. c. 30. n. 50. ubi illos reſert. & c. 8. n. 30. 198 ubi dicit, quod Senatus in hac cognitione iuriſdictionem non habet, directè, nec indirectè principaliter, nec acceſſoriè, ſequitur Ceval. in epistol. ad Regem, n. 41. Michaël Axia de exiben. auxil. fundam. 26. & idem dicit Humad. in l. 13. tit. 13. part. 2. n. gloſ. 4. in verbo niſuerga, & Covarr. cap. 35. n. 3. verſiculo nec Regi, quod Senatus non cognoscunt tanquam iudices appellationis, 199 & habentes iuriſdictionem de juſtitia appellationis, ad Summum Pontificem deſerendæ, ad hoc ut ab ipſius ſententia confirmetur, aut revocetur, quia in eo caſu violaretur immunitas eccleſiaſtica Eccleſiæ juxta textum in c. novit. & in c. gravem de ſentent. excomm. ſed ſolum recurritur ad ipſum, ut per modum extraordinariæ & extrajudicialis deſenſionis, ſuccurratur oppreſſis, & ad finem ut tollatur vis illa, quæ à iudice Eccleſiaſtico injuſtiſſimè ſit appellanti; quam plurimos ad idem reſert Cæned. canonicarum qu. 45. n. 8. & ſuprà, & iterum, n. 18. verſo. ceterum, poſt Afflic. qui in propoſito bene loquitur, deciſione 24. & Lucam de Peña ubi ſuprà. Menoch. de recuper. rem. 15. n. 214. hoc idem tenent Siman. de Cathol. inſtitut. c. 45. n. 35. Navar. in d. c. cum contingat, rem. 1. Menoch. de recuper. rem. 3. n. 56. Segur. de Aval. in directo. judi. Eccleſiaſt. 2. p. cap. 13. n. 51. Azaved. in l. 2. tit. 6. lib. 1. recopil. Guier. de jur. am. confirm. 1. p. cap. 2. n. 26. Humad. in d. l. 13. tit. 13. p. 2. gloſ. 4. & ibi Gregor. gloſ. verb. niſuergas. Vivald. in candellab. aureo in explicatione Bulla in Cæna Domini, in caſ. 14. n. 103. & idem Cæned. ubi proxime in n. 15. dicit quod iudices